sus a: um: plenus imbrib⁹: et s̄m istū autorē ibernus a: um: s3 meli
us deriuat̄ ab hiems h iemis: et tunc scribit̄ cum aspiratione si-
cut hibernus a: um: et est hibernū tempus in hieme et vere: qua-
si breuevernum: quod tempus plerumq̃ totam hiemē significat.

Baiulo: porto: fero: sustento: subleuo: gesto.

Porto. Gestio cum cupio: gesto: si pondera porto.

¶ Ista verba idē significāt cū hoc verbo porto as: aui: are. ¶ Ba
Baiulo. iulo as: simplex est et non cōpositū: qđ patet in hoc hymno. Q̄ nē
terra pōthus. ibi claustꝛ marie baiulat: q2 ibi hec sillaba ba: pro
ducit̄: nam stat in tertio pede: qui est spondeus: quia si prima de
baiulat esset breuis: tūc ille pes ess3 trocheus: quod esse non pōt
maxime in illo metro: qđ est iambicū: cum non recipiat trocheū.
Et si baiulo esset dictio composita: tunc componeretur de basis:
quod corripit primam sillabam: et iulus li: qui fuit filius enee: et
sic patet q̄ ille versus est falsus: Cloto colum baiulat et cē. Vel q̄ ba
iulo potest esse compositum: et tunc corripit primam sillabam: et
potest esse simplex: et tunc producit primā sillabā. ¶ Fero fers:
Fero. tuli ferre: latum. tu: verbum actiuum sed anomalum. Sustento.

as.frequētatiuū de sustineo es. Subleuo as.de sub et leuo as.cō ponitur. ¶ Gesto as.frequentatiuū de gero ris. Et nota drñam inter gestio tis.tiui.gestire.et gesto as.taui.are.gestire.i.cupere et gestare.i.portare:etutrūqꝫ de gero geris gessi dicitur. — Gestor Gestio

Pergo:vel gradior:adeo:vado:proficiscor. — Pergo.

Predictis societur eo:vel itinero verbis.

¶ Ista verba idem signt cum hoc verbo pgo gis.perrexi pergere quod componit de per et rego gis. ¶ Gradior ris.gressus sū gra di verbū deponēs quod componit Cōgredior ris. Aggredior ris Regredior ris. Egredior ris.egressus sum egredi. Adeo is adiui adire aditū tu.media correpta in supinis: cōponit de ad et eo is. Vado is.vasi dere.et componit Euado is.euasi euadere euasum su.in supinis to skape Proficiscor ris.pfectus sum pficisci.i.per gere:dicitur de pficio cis.feci. Eo is iui ire eundi do.dum.itū itu in supinis. Itinero as.de iter ris.dicitur. — Gradior. Vado.

Vestigo.scrutor.exploro.queroqꝫ rimor. — Quero.

Scitor.et indago:percontor.sciscitor.addo.

¶ Ista verba idem signt cum hoc verbo Quero ris.quesiui que rere questū tu.i supinis ¶ Vestigo as.aui.are.quod et vestio as. aui.are.dicit:quod deriuatur de hoc vestigium gij. Scrutor aris. scrutatus sum tari.verbū deponens. Exploro as.componit de ex et ploro. Rimor aris verbum deponēs:id est inquirere. inuestiga re.et tractum est a porcis: qui per rimas terre siliquas et radices inquirūt. Scitor aris.frequētatiuū irregulare scdm significatio nē et formationē de scio scis scitum tu. v in o. et addit r. fit scitor aris.i.querere. Indago as.i.inquirere:inuestigare: vnde hec in dago nis.i.inquisicio. Percontor aris.de per et contor aris: qd idem est quod querere vel perquirere. et dicit de hic contus ti.to id est partica:cum qua piscatur.scrutatur aqua inquirēdo pisces et etiam est quoddam genus teli.et proprie quod ferrum nō hēt: sed est acuta cuspide. Sciscitor aris.tatus sum ri. id est inquire rere et formatur a secunda persona huius verbi scisco cis.abiecta s.et addita tor et fit sciscitor ris.et idem est quod scrutari.id est in quirere:inuestigare:interrogare: querere.et est similiter irregu lare frequētatiuū et scdm formationē et significationē. — Vestigo Rimor. Scitor Percontor Sciscitor

Rethe.sagena.plaga.cum casse.sagenula.lina. — Rethe.

Addas reticulum.de reti retio dictum.

Hinc irretire: quod dicitur illaqueare.

Rethe. ¶ Ista nomia idem signt cū hoc noie rethe tis qd dr de retineo nes. vnde hoc reticulū diminutiuū. et Reciarius rij. qui facit retia. ¶ hec Sagena ne. de hoc sagū gi. dr. Sagū vestis alicuius sa- (Sagum) gaciter factum. De sago saccus: de sacco sit tibi succus. De succo succus: de succo sit tibi soccus. De socco soci⁹: sic grāmatice tenet vsus. vñ hic sagenarius rij. est ille qui facit sagenas. ¶ hec Plaga (Plaga.) ge. i. rethe vel poti⁹ funis rethis, ppie quidez plage sūt funes illi quib⁹ retia tendunt circa summā partē: sed ponunt qñqȝ pro ipsis rethibus. ¶ hic Cassis sis. s. careo es. dicit vł de capio pis. (Cassis.) ¶ hoc Linū ni. est materia vñ fiunt rethia: et qñqȝ ponitur pro rethibus: materia scȝ pro materiato. vñ Ouidius. Lina madēt comites ferrūqȝ comare forātū. ¶ Itē nota q retio tis. tiui. tire. i. capere: componit cum in et dr Irretio tis. tiui. tire. i. illaqueare impendere. versus. Quas irretiui volucres has illaqueaui. (Linum.)

Rusticus. Rusticus/agricola/rudis/et villanus/agrestis:

Et cum ruricola: societur villicus istis.

¶ Ista noīa idem significant. Hic Rusticus ci. et est rusticus operarius in rure. vel qui in rure moratur. et colit rus. id ē arat rus. ¶ hic et hec Agricola le. de ager agri. et colo is. cōponit. ¶ hic rudis dis. di. vel h et hec rudis et hoc rude. q rudis est rustic⁹ nō (Rudis.) subtilis. ¶ hic villanus ni. vel hic villic⁹ ci. et possūt declinari mo- (Villanus.) biliter: villanus a. um. villicus a. um. i. rusticus. et dicūt de hec villa. ¶ Hic et hec agrestis et hoc agreste de ager agri dicitur. Hic et hec ruricola ruricole de rus ris et colo is.

Opilio. Cust o des ouium nos dicimus opiliones.

Archimandrita s constat quos esse vocatos.

Mulio sed custos mulorum dicitur esse.

Ad quos cura boum spectat: dic esse subulcos.

¶ Supius autor docuit quot noībus pōt rusticus appellari. hic docȝ qui sunt ab effectu meri rustici dicēs: q isti scȝ opilio. custos ouiū. ¶ hic archimādrita te. grecū: ⁊ dr de archos qd est pnceps (archimādrita) et mandros ouis. quasi princeps ouium. Hic mulio mulionis de (Bubulcus.) mulus li. dicitur. ¶ hic Bubulcus ci. de bos bouis et custos componitur et dr custos boum. ¶ Hic subulcus ci. de sub et sus suis. (Subulcus.)

et custos id est custos suum id est porcorum.

Inter se distant teres: orbiculare: rotundum.

Hastam dic teretem: pomum dic esse rotundum.

Effigiem pomi retinet sibi spera: vel oui.

Sperica de spera: sic credas esse vocata.

¶ Ista noīa quo ad gen⁹ idē significāt: drūt tamē quo ad speciē: Teres.
et ponūt pro rotūdo. ¶ Hic et hec Teres retis: media correpta
in gtō: et dicit a tero ris: et ꝓprie ptinet ad hastam vt dicit hasta
teres. ¶ Hic et hec Orbicularis et hoc re. i. circularis: orbis eī est Orbicularis
rotūditas circuli et cuiuslibꝫ rei: et dicit de rota te: q: q̄si rota est
Rotūdus a: um: de hec rota te: et proprie pomum est rotundum
¶ Hec spera re: et est ꝓpe spera vnū corpus rotundū: vt pomum vel Spera.
ouū: et sic diffinit abvguc. Spera est mediāte diametro cōtinua
semicirculi conductio. Et dicitur spera quasi spacium rotundū: et
dicitur de hoc spacium spacij: vnde spericus a: um

Regredior: repedoq;: remetior: atq; reuertor. Regredior

Repatrio: remeo: redeoq;: recurro: recurso.

¶ Ista verba sunt eiusdē significatiōis Regredior ris: deponēs Repedo.
de re et gradior cōponit. ¶ Repedo as: aui: are: de re et pedo as
quod deriuat de pes pedis: sꝫ pedo non est in vsu. Remetior tiris
remensus sum tiri. deponens de re et metior. Reuertor ris reuer Reuertor.
sus sum reuerti deponens: et etiam reuerto tis: in eodem sensu
inuenit: sed reuertor est deponens: et reuerto neutrū: etiam acti
uū potest esse: vt reuertā te: id est retrouertā te. Repatrio as: aui:
de re et patrio as: cōponit. Remeo as: cōpoit de re et meo as. i. eo
is: Redeo is de re et eo interposita d ¶ Recurro is: de re et curro Recurro.
is. ¶ Recurso as: aui: are: frequentatiuū de recurro is: recurri:
recursū su: in supinis: v in o: fit recurso as: aui: are:

p Essula sunt obices: sera: sunt repagula: vectes.

Addatur clatrus: a claudendo tibi dictus

¶ Ista noīa sunt eiusdem significatiōis cum hoc nomine Repa- Repagulum
gulū li. i. obex: qui ad impedimentum obijcitur et opponitur: vel
qu ecunq; firmatura hostij: anglice a durbare: et dicit repagulum

Pessulum	a repādo dis. Hoc pessulū li. de pello lis. Hic obex cis. de obiicio cis. et obex pducit penultimā gtivbqꝫ et forte tūc scribit cum du plici ij. vt obijcis: sicut obiicio a quo deriuat. Hic tamē autor cor ripit metri necessitate coactus.
Sera	¶ hec Sera re. et est pprie lignū qd extransuerso hostij ponit. vñ sero as. aui. are. hostio appone re: hostiū claudere vel firmare ¶ hec vectis tis ti. de veho is. dicit
Clatrus	¶ hic clatrus tri. de claudo is. dr quia claudit hostium. et pprie clatrus est repagulum quod hostio opponit: vel ipsum hostiū: et precipue ortorum vinearū vel viridariorum.

Parma. Dic parmas/clipeos/ancille/vel egida/scutum

Pelta rotundatur: clipei pars vmbo vocatur.

¶ Ista noia sunt eiusdē sigtionis: et sunt arma defensiua: quib ictus hostiū repellit. hec Parma me. ꝛ dicit q̄si parua arma: vel parma quasi per manui. anglice a bokeler. ¶ hic clipe⁹ ei. de clepo pis. quod est furari: qꝛ furatur ictus percutientis.

Ancile ¶ hoc ancile lis. de ante dicit: qꝛ ante hoiem debet esse.

Egida ¶ hec egida de. vel hec egis egidis de ago gis. et est accusatiui casus. acto hāc egidē vel egida. et dr egis egidis ab egle qd est capra: qꝛ tegitur pellibus caprinis. et fuit egis scutū palladis. Hec Egida de. vel egis dis. dr qꝛ agitur ante pectus pugnantis.

Scutum ¶ hoc Scutū ti. ab hec scuta te. qd forma rotunda dicit: vel ab excutio tis. qꝛ ex se excusat ictus telorꝫ

Pelta ¶ hec pelta te de pello is.

Umbo ¶ hic vmbo onis. de hic vmbilicus ci. dr et est media pars scuti vel peste. anglice a bose.

Sepulcrū. Dicas mausеolū: poliandrū: tumba sepulcrum.

Sarcofagus: bustum: tumulus: vel piramis: vrna

Dans monumenta necis ꝯiungitur his monumentū.

¶ Ista noia sunt idē cū sepulcro de sepelio lis. qꝛ in eo sepeliunt corpa mortuorꝫ.

Mausoleum hoc Mausoleū lei. dr de mausolo inuētore illi⁹: ꝛ tūc pducit penultimā: vel dr a manes niū. nib⁹. que sūt anime infernales. et tūc corripit penultimā.

Pollandrū ¶ hoc poliandrꝫ dri. dr de polis quod est ciuitas cuiuslibet viri: et andros quod est vir. qꝛ ē vltima ciuitas cuiuslibꝫ viri. vel poliandrū dr vel interpretat mltitudo virorꝫ. et sic dr cimiteriū pꝑter multitudinē virorꝫ ibi sepultorꝫ.

Tumba ¶ hec Tūba be. de tumeo es. dr: ꝛ silr hic tumulus li. ¶ hic Sarcofagus gi. de sarcos caro: et fagin comedere. qa ibi comedūtur carnes nr̄e a vmib⁹.

Bustum Hoc bustū ti. ab vro ris. dr: qꝛ ibi solꝫ corp⁹ mortui cōburi. Hic piramis dis. a pir qd ē ignis dr. qꝛ surgit i acutū sic ignis.

Urna Et vrna ne. est pprie vas qd p cōdendis defūctorꝫ cineri

bus adhiberi solet: de q̄ poeta. solo tegit̄ qd nō habet vrnā: et po nitur p sepulcro. ¶ hoc monumētū ti. i. sepulcrū mortuoꝝ: qꝛ per trāseuntiū mētes moueat ad hoc debere transire: vel qꝛ moueat mentē defuncti memoria defuncti: et a moueo es. dicit̄ Monumētū

Est callis / trames / est orbita / semita / limes: Semita.

Viculus / et vicus / est publica / strata / platea:

Est biuium via duplex: est triuium via triplex.

Computa quadriuiū: dic quattuor esse viarum.

A callet callis: sed ab orbe fit orbita trames.

A transmitto venit: sed iter dat semita semis.

¶ Ista noīa idē signt cū hoc noīe semita te ꝛ dꝛ a semis qd est dimidiū: et est semita duoꝝ pedū. s. via adeo stricta vt alter alterius in transitu trāsire nō possit. et dꝛ semita q̄si semis iter. i. dimidiū iter. et est semita ꝓprie hoīm. callis ferarū et pecudū. a calcando: vel a callendo: vel a callo. Est enim callis ꝓprie semita stricta ꝛ tenuis: a callo pedū ꝑdurata ¶ hic trames tis. a trāsmitto tis. parua via trāsuersa ꝑ agrū: qꝛ trāsmittit ad aliā partē agri. vel a trāsuerto tis. qꝛ ꝑ transuersū ducat: vel a traho is. qꝛ trahit a publica via. ¶ hec Orbita ab orbis dꝛ et est ꝓprie vestigiū carri vel rote. ab orbe. i. circulo rote dicta. s. actꝰ rote quo pecus duci solet. Hic Limes tis. de limus a. um. dꝛ: ꝛ sunt ꝓprie limites transuersa in agris itinera vel fines: qui diuidūt et exterminā̄t. vnde limito as aui. are. i. terminare. ¶ hic viculus diminutiuū de vicus ci. a vice deriuat̄: qꝛ vice ciuitatis habetur. ¶ Hec Strata te. a sterno is. straui re. dꝛ. Hec platea tee. a platon grece qd est latum latine. qꝛ lata via est. Hoc Biuiū uij. de bis et via vbi due vie cōcurrūt. Quadriuiū vbi quattuor vie concurrūt. Triuiū uij. vbi tres vie concurrunt. et exponūt se vnde componūtur ¶ hoc Compitū ti. est collectio pluriū viaꝝ. s. locus vbi plures vie se petūt et ꝯueniūt sicut biuiū triuiū et q̄driuiū: et deriuant̄ de cōpeto tis. vel ꝯponit̄ de cō ꝛ pital qd ē via. vn̄ dꝛ hec ꝯpital' et hoc le. hec via e. de veho is. dꝛ. Trames Limes Strata Compitum

Sol / titan / phebus / titulus venit hinc: et ephebus. Sol.

¶ Ista conueniūt in significatione sol / titan / et phebus. Hic sol solis deriuatur de solis sola solum: quia solus luceat et appareat fulgore suo cunctis sideribus obscuratis. ¶ Hic titan titannis

media ꝓducta.i.sol.Unde titulus li:Et dict⁹ ē titan a titan quod interpretatᷓ illuminās.Titulus diffinitᷓ sic:titulus est breuis an-
Ephebus. notatio eorū que cōfusius in sequēti opere cōtinētᷓ. ¶ Hic Ephe bus bi:componitᷓ de e:ꝛ phebus bi:ꝛ est ephebus valde pulcher etvalde lucidus.s.iuuenis pulcher et impubes vnde ephebiolus li:diminutiuum:et possunt declinari mobiliter ephebus a:um:ꝛ ephebiolus a:um:et dᷓ phebus bi:de fos grece qđ est lux latine.

Fatuus. Est fatuus:stolidus:erroneus:insipiensqꝫ.

Inscius:et brutus:simplex:ideotaqꝫ:stultus.

Indoctus:simul insipidus.coniungitur istis.

Inconsultus:et elinguis cum verba negantur.

Incautus sit in his:imprudens:imqꝫ peritus.

¶ Ista noīa idem significāt hic Fatuus tui: dicitur de for aris: et est fatuus qui impericiā suam ōndit fando quicqđ latet in aīo: vel respondēdo ad interrogata.Uel ideo dicitur a fando fatuus:
Stolidus. quia nec ipse qđ fatur:nec qđ alij dicunt intelligit. ¶ Stolidus de extollo is:extuli extollere.Stultus de extollo is.Erroneus a: um:de erro as . Insipiēs de in et sapiens.Inscius a:um:de in et
Brutus. scio scis. ¶ Brutus a:um.i.stolidus insulsus:stultus:immūdus de bruteo es đr.Hic et hecꝛ hoc simplex cis:cōponitᷓ de sineꝛ hec
Ideota. plica ce.¶ Hicꝛ hec ideota te:cōponitᷓ de idus qđ est diuis⁹a um et iota littera.i.illeteratus:q̄i diuisus a litteris.s.idoctus:insipi ens.Indoct⁹a:um:de inꝛ doctus q̄i nō doctus. Insipidus a um de inꝛ sapiēs.Incōsultus a:um:de inꝛ cōsultus a:um. Hic et hec elinguis et hoc elingue componitur de e:prepositione et hec lin- gua e:quasi extra linguam positus.Incautus a:um: de in ꝛ cau- tus a:um. Hic et hec et hoc imprudēs tis:quasi procul antevidēs ea que futura sunt.Imperitus a:um:de in et peritus a:um.

Scamnū. Scamnum:scabellum:subsellia:sella:scanellum.

Predictis pluteum:sedemqꝫ:sedilia iungas.

¶ Ista nomina cōueniūt in significatiōe cum hoc noīe hoc scam nū ni:et dicitᷓ de scando dis: Hoc scabellū li:de scanellū dicitᷓ per mutationē n.litᷓe in b.Hoc subselliū lij.de sub et h sedes dis.đr.
Scanellum. Hec Sella de sedeo es:dicitur. ¶ Scanellū pervnum n.diminu tium de scamnum:et etiam scanellum li:dicitᷓ:et scanulū in eodē

sensu cum scanellum: a quo etiam deriuatur. ¶ hoc pluteum tei. idem quod sedes et dicitur de pluo is. sola voce. ¶ hoc sedes dis de sedeo es. hoc Sedile lis. de sedeo sedes. — Plutcum. Sedes.

Est seges / atq; seres / sunt fruges et sata / messes: — Seges.
Cum seritur seges est: sata cum radicibus herent.
Fruges cum fruimur: sunt messes quando metuntur.
Deq; creando ceres fertur: quia res creat omnes
Dicitur annona: quam postulat annuus vsus.
Semineum / sementinum / sementis idem sunt.
Semina iungantur predictis: a sero dicta.
Et sementina res est a semine dicta.

Ista noia ꝯueniũt i sig͞tõe. hec seges tis. a sero is. vl' a seco as. dr̉ hec ceres ris. media correpta gti ē ꝓ̇pe dea frugũ ⁊ dr̉ a creo as qr̉ creat fruges: vel etiã alias res oẽs. ¶ Fruges non hẽt ntm̃ casum singularẽ in vsu. et dr̉ fruges a fruor ris Segetes dñr cum seruntᷣ a sero is. Messes cũ metũtur et colligũtᷣ a meto is. Fruges cũ fruũtᷣ a fruẽdo. i. vescẽdo. Hoc satũ ti. de sero seui. re. satũ tu. ⁊ sũt sata cũ herẽt radicibꝰ post seminationẽ. ¶ hec annona ne. de annꝰ ni. dr̉ eo q̇ singul'ãnis renouetᷣ. ¶ hoc semẽ inis. de sero is. dicitᷣ. Vñ semineꝰ a. um. et hoc semineũ nei. i. semẽ vl' cuiuslibꝫ rei exordiũ: vel lucrũ de semine: et sementinꝰ a. um. et hoc sementinũ ni. i. semen. et hec semẽtis tis. i. semẽ frugũ vel tp̃s seminandi. — Ceres. Fruges. Annona. Semen.

Discus / catinus / lanx / est scutella / parpasis: — Scutella.
Fit de lance bilanx / pasitis nota perapsis.

Ista noia sũt eiusdẽ sig͞tiõis cũ isto noīe hec Scutella le. et dr̉ de hoc scutũ ti. hic Discus sci. dr̉ de stus qḋ ē rotũdũ. vñ hic disculus dinutiuũ. Et nõ q̇ discꝰ ē scutella et nõ mẽsa licꝫ ꝑ ea ponatᷣ ꝑ metonomiã. hic Catinꝰ ni. i. discus. et dr̉ a caton qḋ est cõmune. q̇a cõis oibꝰ est. hec Parapsis sidis. de ꝑ et absida ꝯponitᷣ. hec Lãx cis de latus a. um. dr̉: qr̉ lata est: et ꝓ̇pe lanx est discus trutine: et ꝯponitᷣ cũ bis ⁊ dr̉ bilanx cis. i. trutina q̃ hẽt binas lances. h' Parasitus ti. cõponitᷣ de ꝑapsis et situs a. um. q̃si in ꝑapside: et ideo dr̉ in versu q̇ ꝑapsis est nota parasitis. i. lecatoribꝰ et gulosis. — Discus. Catinus. Parapsis. Parasitus.

Socius. Est consors: sociusq; comes: collega: sodalis.

Dat sors consortem: comitem via: mensa sodalem.

Missio collegam: socium labor efficit idem.

¶ Ista noĩa ꝯueniũt in vna sĩgtiõe cũ hoc noĩe soci⁹: hñt tñ aliq̃lẽ drñam: vt in eoꝝ expõne patebit. Hic socius cij. a socus ci. qđ ẽ qđdã calciamentũ: et sunt socij ꝓpter piculi et opis vel laboris societatẽ: q̃si in vno socco. i. caliga. i. in vno vestigio manẽtes: ⁊ est ꝓ
Comes. prie socius in piculo. ¶ hic et hec Comes tis. i. socius et ꝓp̃e co
Collega. mes in itinere et đr comeo as. ¶ hic et hec Collega ge. i. soci⁹: et ꝓp̃e in officio: et đr de con et lego as. i. simul mittere. ¶ h̃ et hec Sodalis. i. soci⁹ i mẽsa vel scutella: vel i sede: ⁊ đr a sedes vel a sua
Consors. deo. vel a sedeo. ¶ hic ⁊ hec ꝯsors tis. de con et sors tis. et ꝓp̃e cõsors est socius in premio: et dicitur consors quasi eiusdem sortis.

Signifer. Signifer: antesignarius: rem signat eandem.

His primicerius: vexillifer: associatur.

Primus pila ferens: est primipilus in istis.

Añsignarius ¶ Ista noĩa idẽ sĩgnt. Hic signifer ri. ro. est ille qui portat vexillũ
Primiceri⁹. in bello añ exercitũ. et đr de hoc signũ ni. ⁊ fero fers. ¶ hic Añsignari⁹ rij. est idẽ: et đr de ante ⁊ hoc signũ ni. ¶ h̃ Primiceri⁹ rij đr de p̃mus ⁊ cera grece: qđ est legio latine: q: preire dẽt legionẽ
Primipilus. ¶ hic vexillifer ri. de vexillũ ⁊ fero fers. s. q̃ fert vexillũ. Hic p̃mipil⁹ li. penultĩa ꝓducta đr de p̃m⁹ a. um. ⁊ hoc pilũ li. qđ telũ đr.

Splẽdeo. Splendet: et irradiat: lucet: nitet: atq; coruscat.

Emicat: atq; micat: rutilat: claretq;: relucet.

¶ Ista verba idem sĩgnt cũ splẽdeo es. vi. ere. caret supinis. vñ h̃ splendeo oris. et splẽdidus da. dum. Irradio as. aui. are. de in et radeo as. Luceo ces. luxi cere. caret supinis et cõponiẽ Reluceo
Niteo. es. ¶ Niteo es. tiui. tere. caret supinis. ⁊ componiẽ Reniteo es. Inniteo es. vñ hic nitor ris. et nitidus a. um. ¶ Corusco as. aui. are. i. splẽdere. vnde hec Corruscatio onis. i. splendor fulgor. Emi
Rutilo. co as. aui. are. caret supinis de e. et mico as. cui diciẽ. Rutilo as. aui. are. i. splendere et diciẽ de rutilus a. um. et illud de rubeo es. Clareo es. vi. ere. de clarus a. uum:

Proluuies Proluuies: sanies. caries: pus: res eadem sunt.

Sordes:spurcicia:fex:et feculentia:squalor.

Cum macula:tabes:assint contagia:labes.

Sordem dic tecti:scoriam dic esse metalli.

Dat tibi tabo:non plus per cetera quero.

¶ Ista noia idē signt hec pluuies ei.i.saniesvel sordes:et dr de proluo is: ¶ hec Sanies ei.i.putredo que ex sanguine nascit:et differt a tabo:quia fluere sanievivorū est: sz fluere tabe mortuorū est. Itē sanies est putredo q̄ stat:sanies que fluit: et dr sanies a sāguis nis. ¶ Tabes dr a sto as:quasi tabes:et a tabes tabi genitiuus: et tabo dtūs et abltūs in eodē sēsu cū tabes. et est neutrū diptotū.i.habetvariationē duorū casuū:vel duarūvocum casualium in genitiuo tabi:datiuo et abltō tabo. ¶ Hec Caries ei:de careo es:dicit:et est caries proprie lignorū:putredovero aliarum rerū ¶ Hoc pus indeclinabile de puteo es:dicitur.i.putredovel infirmitas que reddit hominē putridū. Item habetur hoc pus puris puri.i.custodia.vñ vsus. Pus pro putredo:non decliabile credo Pus declinat custodia quādo notat:et tunc dicitur de purus a: um. ¶ Hec Scoria e.i.suffocatiovesice:itavtvrina denegetur vl ventris officium. Unde hic scorio onis stultus:stolidus : fatuus. Hec scorea e: ab excoquo excoquis excoxi re:dicit.i.sordes et purgamentum metallorum:quia de ferro excoquit. ¶ Hec Sordes dis:putredo metallorum scoria:taliarū rerum Unde hec sordecula le:et sordes inmūdicia domusvel tecti ¶ Hec spurcicia cie:de spurcus a um:genitiuo spurci:addita cia fit spurcicia. ¶ Hic fex fecis:de fago gis:dicit: et componit fex cum lentos quod est plenum:et dicit feculentus feculenta feculentum:id est plenus fece vñ hec feculēcia feculēcie id est plenitudo fecis. ¶ Hic Squalor oris:de squaleo es:dr. ¶ Hec macula macule:de maculo maculas:et dicit maculo de macies ei:et est macula nota:viciū:turpitudo:macula:et dicit squama lorice et filū rethis. Hoc Cōtagiū gij:a contingo gis:dicit. ¶ Hec labes bis:de labor ris:dr.i.putredo pnicies:ruina:miseria.vnde hec labecula le:diminutiuū

Sanies. Tabes. Caries. Pus. Scoria. Sordes. Spurcicia Fex. Squalor. Labes.

Glabrio:vel tinca capitis sunt:hinc glabriosus. Glabrio.

Glabria sed cuius caput occupat:est glabriosus.

Corporis et reliqui scabies est:hinc scabiosus.

Pustula corporibus totaliter heret:et vlcus.

¶ Hic ponit auctor sordes q̄ ɔtigūt hoīem: ⁊ dicit ꝙ ista. ¶ Hic Glabrio onis: ⁊ prout hic sumit̄ est ꝟmes in capite: ⁊ dr̄ a glaber bra: brū: ⁊ est glaber nudis sine pilis: ⁊ de glabrio dr̄ glabriosꝰ a: um: plenꝰ glabriōibꝰ. Itē glabriosꝰ dr̄ de hec glabra bre: qđ ē scabies in capite: sꝫ nec glabrio: nec glabria: nec glabriosꝰ: ē in pap: aut catholicon.

Tinea. ¶ Hec tinea ne: ꝓꝑe est ꝟmis vestimētoꝝ: ⁊ dr̄ de tero is.

Scabies. ¶ Hec scabies ei: ⁊ hec scabia bie: dr̄ de scabo bis: bi: re: Sꝫ dr̄n̄t hec nōia Scabia ē sic lepra: asperitas carnis cū puritu: et squamatiōe. Scabies ē tenuis asperitas carnis cū puritu: et etiā cū squamatiōe. vn̄ hec scapiecula le: ⁊ scabiola le: dinutiua: ⁊ scabiosꝰ a: um.

Pustula. ¶ Hec pustula le: de pus qđ est putredo dr̄: et est pustula in sup̄ficie carnis: vn̄ hec pustella le: dinutiū: ⁊ pustulētꝰ a um: ⁊ pustulosꝰ: ⁊ pustulēs lētis. i. vlcerosꝰ pustiīs plenꝰ: ⁊ h̄ ifirmitate ifirmatꝰ.

Ulcus. ¶ Hoc vlcꝰ ceris: de oleo es dr̄: et differt a vulnē: nā vulnꝰ ad aīvlcꝰ ad corpis refert̄ iniuriā. Itē vulnꝰ corporis recēs plaga. vlcus vero inueteratū vulnꝰ: Itē vulnus qđ ferro vel fuste vel lapide q̄si vi nascit̄: vlcus qđ per se nascit̄ in carne: est putredo ipsa que oleat: vnde vlcerosus a: um.

Serpens. Est serpens: idrus: coluber. simul idra. chelidrus.

Uipera. seps. aspis. simul et nepa. iungitur anguis

Atq̄ dracena draco. fit scorpio de speciebus:

¶ Ista nomīa sign̄t quo ad spēm idē. Hic serpēs tis a serpo is: dr̄ h̄ Idrus dri: de hec idra dre: ⁊ illđ de idro qđ ē aq̄: nā serpēs aq̄ticus ē.

Coluber. ¶ Hic Coluber bri: de colo is: ⁊ hec vmbra bre: q̄i colēs vmbras.

Chelidrus. ¶ Hic chelidrus dri. i. serpēs q̄dā brachiatꝰ vt scorpio: ⁊ dr̄ a chele qđ ē brachiū ⁊ idrus dri.

Uipera. ¶ Hec Uipera e: cōponit̄ de vi: ⁊ pario is: q̄ vi pariat.

Seps. ¶ Hic Seps seps idecliabile f̄m vguc: a sepio is: dr̄ q̄dā serpēs exiguus q̄ nō solū corpꝰ: sꝫ etiā ossa veneno cōsumūt. ¶ Aspis dr̄ q̄si aspgēs pus. i. venenū: vn̄ aspis q̄ venenū immittat ⁊ aspgit.

Nepa. ¶ Hec Nepa pe: q̄dā serpens q̄ natos suos cōsumit: excepto vno q̄ dorso suo icedit ⁊ ihesit: ⁊ pꝰ ipe q̄ seruatꝰ est cōsumit parētē: ⁊ dr̄ nepa q̄i necās ptus ¶ hic āguis āguis āguī: de āgo gis: dr̄.

Dracena. ¶ hec dracena ne: vxor draconis: h̄ draco onis a greco dr̄: greci eni draconē dracōta vocāt: ⁊ dr̄ draco dū est in tēplo: āguis dū ē in aq̄: serpēs dū est in t̄ra.

Scorpio. Scorpio a scorte qđ est dulce: et poio is: qđ est fingo gis: cōponit̄. Hic scorpio onis et scorpiꝰ pij: in eodē sēsu quoddā aīal venenosū est vel serpēs: ⁊ cōstrue sic sorpio fit de spēbus. i. de specie p̄cedētiū serpentū.

Sacrifico. Immolo: sacrifico: facio: lito: mactito: macto

Nomen carnificum: de mactando trahit ortum.

A lanio dictos: quos dicimus esse lanistas.

Ista verba sunt eiusdem significationis: cum hoc verbo sacrifico as: quod componitur de sacrum et facio cis. Immolo as: aui are componitur de in: et hec mola le: et est mola prout hic accipitur panis ex farina: et aqua et sale: qua olim victime inter cornua profundebantur. Lito as aui are et differt a sacrificare: nam sacrificat qui sacrificium facit. Facio cis. i. sacrificare. vnde Virgilius. Cum faciam vitula pro frugibus ipse venito. Litat qui sacrificium dat: et quod sacrificio pertinet vel petit vel impetrat. Mactito as aui are: frequentatiuum de macto as. i. sacrificare immolare trucidare interficere. vnde hoc Macellum li: locus vbi mactantur pecora: et hic macellio onis et hic macellarius rij: qui pecora mactat et vendit carnes. Et forte autor iste cum dixit Nomen carnificum de mactando trahit ortum. intellexit de istis nominibus macellio et macellarius que habent ortum suum a macto as: quia carnifex habet ortum suum de caro carnis et facio cis: et non de macto. Hec lanista te: et hic lanio onis: et hic lanius nij: in eodem sensu. i. carnifex vel homicida vel macellarius et dicuntur a lanio as: aui: are: id est scindere lacerare. Immolo. Lito. Facio. Mactito. Lanista.

Calceus: est solea: pero: sotularis: aluta Sotular.

Et quia munda luto: nomen sibi sumpsit aluta.

Ista nomina idem significant cum hoc nomine: hic sotular aris: ri: et est calciamentum pedis. Et nota quod secundum Auicennam capitulo quinto de conseruandis extremitatibus a nocumento frigorum dicit hec verba. Non oportet quod sotularis aut calciamentum quo pes tegitur sit strictus: ita vt in eo pes moueri non possit. Et ita patet quod dicitur recte: hic sotularis in nominatiuo casu et non sotular: sed magis proprie dicitur hic sotularis ris. Hic calceus, cei. vel calcius cij: indifferenter per e: vel per i: potest scribi sicut calceo a quo deriuatur: de calix cis: vel a calcando. Hec solea lee: a solum dicitur: quia solum pedis tegat vel quia solo terre adhereat. Hic pero onis: est calciamentum rusticorum: Hec aluta te: dicitur ab alo is: quia alit pedes et est pellis tenuata: anglice corduane: et ponitur pro calceo quia calcei inde sunt. s. materia pro materiato. Iste tamen autor vult quod aluta dicatur ideo quia munda et pura a luto et sordibus. Sotularis. Calceus. Solea. Pero. Aluta.

p Pila: vel hastile: iaculum: catapulta: sagitta. Sagitta.

Missile: vel telum: nec non addatur arundo.

Spicula: vel gesas simul addas: atque sarissas.

Sagitta. Pilum hastile. ¶ Ista noia idez signt cu hoc noie hec sagitta te. qd dr de sagio vel sagax: qr sagaci iactu emittitur: fertur enim pennis. ¶ hoc pilu li. i. telu dr de pello lis ¶ hoc hastile lis. li. de hec hasta te. dr. Hoc iaculu li. de iacio cis. ieci iacere dr. Hec catapulta te. est sagitta cu ferro bipeni: qua sagitta barbata vocat. ¶ hoc missile lis. de mitto tis. dr: qr est abilis ad mittendu. hec arundo dinis. ppe est cana ponitur tn p sagitta que acuta est vt arudo ¶ hoc telu li. a telon qd est longu dr: hoc spiculu et hec spicula le. pro eode. de hec spica ce. dr. ¶ hec gesa se. est gen9 armor. ¶ Et nota q pila dicunt arma romanor. gesa gallicor. Sarisse macedonu. et declinat hec sarissa se. et ponit hic pro telo vel pro sagitta.

Missile.

Telum.

Terra. Ops/humus/atq solum/rea terra/vel arida tellus

Ops

Solum.

Arida

¶ Ista nomina idem signt cum terra. et dicit terra a tero ris. qr teritur: et terimus illam pedibus nris. ¶ Hec ops opis. i. terra que alio noie dicit rea ee. et conchia ¶ Et nota driam inter ops scops et scrobs. Versus. Fex domuum scobs est: vndarum fossaq; scrops est. Facunda scops est: terre dea fertilis ops est. et ops ponitur hic pro dea terre: et rea ree ide est qd humus mi. de humeo es. dr. ¶ hoc solu li. de sol solis qr soli pateat. vn hoc solu li. inferior pars pedis. qr eo terre vestigia imprimim9. ¶ hec arida de. i. terra. vnde in psalmo. Et aridam fundauerunt manus eius ibi aridam. i. siccam terram. ¶ hoc tellus ris proprie est terra frugifera. vnde Cato. Telluris si forte velis cognoscere cultus. et dicitur a colo lis. lui. ere. qr eius fructus colimus.

Thalam9. Lar/thalamus/chamera/simul est penetrale recessus

Addas conclaue: vel canopea: penates.

Reticulum sericum notat nobis canopeum.

Lar

Camera

Penetrale

¶ Ista nomia idem signt cu hoc nomie hic thalam9. et dr thalamus de thalamos grece qd est cubiculu latine. ¶ Hic lar ris. de largior ris. vel de largus a. um. dr: qr inde pcepit largitas. et ppe est dom9. Ite lar ris. i. ignis. vn quida dixit vidi lare in larib9. i. igne in domib9. ¶ hec camera re. de camne qd est curuu dr. Hoc penetrale lis vel hoc penetral lis. i. dom9 secreta. et dr de penetro as. vel de penit9 ¶ hoc pclaue uis. componit de con et hec clauis uis. ¶ hoc canopeu pei. penultima correpta de canop9 pi. dr. qd est ciuitas egipti. et ponitur hic canopeu pro camera: est tamen pprie reticulu quodda de serico subtilissimu quo repelluntur culices et musce circa lectos nobiliu. Vnde in aurora scribit. Reticulum sericum scriptura vocat canopeum.

Templa:monasteria:delubraqz fana vocamus. Templum

Basilicam:simul ecclesiam:coniungimus illis.

¶ Ista noia signt idē cum hoc noie hoc templū pli:plo:quod cō ponit de hoc tectū ti:et amplus a:um:vnde templū quasi tectum amplum. ¶ Hoc monasteriū rij:dr de monos qđ est vnū:et sterio statio monachoz. Hoc delubrū bri:de luo is:dr. Hoc phanū ni:dicit de phanos qđ est sonus. Uel dr a for faris p cōtrariū qz fanus nō est locus fabulatiōis sz deuote oratiōs. ¶ Hec basilica ce:proprie domus regia est.s.palaciū regis vel impatoris:sed modo per trāslationē dr basilica ecclesia:quasi palaciū regis: et dicit basilica a basileus quod est rex. ¶ Hec ecclesia sie:interpretatur cōuocatio scilicet:fidelium quia omnes ad se vocat:et dicitur de ec:qđ est prepositio greca:tantum valens quantum con apud nos:et clisis quod est vocatio:quasi conuocatio. Monasteriū. Phannm. Basilica. Ecclesia.

Sunt canopea:tentoria:papiliones. Tentoriū.

A canapo castro:canopeum namqz vocatur.

Qz conum supra portent:sic credo vocata.

¶ Hic autor dicit ꝙ hec noia idē signt cū hoc noie tētoriū rij: qđ dr de tēdo is:qz tēdit cū funib⁹:ꝛ ē āglice a pauylon. ¶ Hoc canopeū pei:supra exponit:sz nō ī ista sigtiōe ī q rarissime repit: ꝛ dicit autor iste ꝙ deriuat a canapo qđ ē castꝝ.i.ciuitas egypti:vl a con⁹ni:qz ad silitudinē coni a lato tēdit ī acutū. ¶ Hic papilio is a pape dr: ꝛ ē ꝓpe qdā auicula q in suo aduētu meret admiratione vnde papiliones dicūt tētoria ad silitudinē illius auis volātis Canopeum. Papilio.

Turis turibula:dic incensoria vasa. Turribilū.

Et quod idem signat:istis societur acerra.

¶ Ista noia cōueniūt in significatiōe:hoc tur ibilū:ꝛ dr de tus ris:et est vas in q tus adolet: ꝛ dr de rōdo dis:rasi dirū vere:nec thic aspiratur. ¶ Hoc incensoriū rij:ab incēdo dis:incensū su. ¶ Hec acerra re:id est turibulum:et dr de acer ceris qdam arbore. Tus dicitur de theos qđ est deus:quia in sacrificijs deorum adoletur. Acerra.

f St turbo ventus:et flamen:flatus:et aura. ventus.

Uentorum species:complectere versibus istis.

Sunt subsolanus/ vul turnus/ et eurus/ eoi.

Circius/ occasum zephirusqꝫ/ fauonius afflant.

Sed veniunt aquilo/ boreas/ ac corus ab arcto

Atqꝫ die medio notus afflat et affricus austro.

¶ Autor hic ponit noīa q̄ ꝯueniūt in figtiōe cum hoc noīe vētus
Turbo. deinde ponit diuersa noīa ventoꝝ: p̄mo dicit. ¶ Turbo est vent⁹
Uentus. et dr turbo a terra re. qr q̄tiēs talis vēt⁹ ꝯsurgit t̄ra ī circuitū mit
titur: est enī turbo v̄tigo ventoꝝ. Hic vēt⁹ ti. a venio nis. dr. hoc fla
men nis. a flo flas. et siīr flatus. hec aure re. ab aer ris. et est aura
leuis vent⁹ ¶ Deiñ dicit autor: o lector cōplectere spēs ventoꝝ in
istis v̄sibus qui sequunt̄. Subsolan⁹ vulturn⁹ ꝛ eurus sunt eoi. i.
Subsolanus venti oriētales. ¶ Subsolanus dr de sub et sol solis: qr sub ortu
Uulturnus solis surgit ille vent⁹. s. directe in oriēte. ¶ Uulturnus est vent⁹
eurus. collateralis sibi versus austrū. ¶ Eurus est collat̄alis sib t v̄sus
aq̄lonē qui alio noīe dr euro aq̄lo vel triphonit⁹ Circius zephir⁹
Circius ꝛ fauoni⁹ afflant occasū. s. solis. i. veniūt ab occidēte. Circi⁹ cij. de
circus ci. i. circulus ꝓp̄e vent⁹ qui diuerse ꝛ acrit̄ circuitū faciēdo
Zephirus volat ¶ hic zephirus ri. grece florens dr: qr flores in germina in
eius flatu viuificent̄: qui alio noīe dr fauoni⁹ a faueo es. qr fauo-
re flores ꝓduntur: ꝛ terra germinat̄. ¶ Sed aq̄lo boreas ac cor⁹
Aquilo veniūt ab arto. i. a plaga boreali. Hic aq̄lo nis. ab aq̄ dr: et d̄r aq̄
lo q̄si ligās aq̄s: qr ventus est serenus et aquas stringit scꝫ conge
lando Idē et boreas dr: qr ab ip̄ boreis oris flat: et idē corus voca
Nota. tur ¶ Et nō q̄ corus ꝓvento ꝓducit p̄mā: et caret aspiratione. in
aliquibus significationib⁹ corripit p̄mā et hꝫ aspirationē. vñ v̄s⁹
Constructio. Cōsona turba chor⁹ q̄tiēs est aere corus. ¶ Cōstrue vltimū v̄sū
atqꝫ nothus et affricus afflāt ab austro. i. a plaga australi: medio
die. Hic nothus ti. dr malus et sinister vent⁹. s. auster qui pluuio-
sus est et calore suo flores et pisces in mari adulterat et corrūpit
Et nō q̄ nothus ꝓvento scribit̄ cū h: et corripit p̄mā. Sed notus
a. um. de nosco scis ꝓducit p̄mā. vñ quidā. Flat̄ sūma nothus cre
bro mihi flamine notus. Hic affricus ci. est ventus flans a meri-
die. vñ Pap̄ affricū dicim⁹ ventū a meridie flantem.

Uina/ merum/ bachus/ bronius/ vel liber/ hiaccus

Uinum. Istis lineus cōniungitur atqꝫ lieus

Atqꝫ tenens ment em temetum: faciet temulentū

Est idromellum / mulsum / nectar / ceruisia / sira
Pigmentum / mustum / mellicratumq́ʒ falernum
Et sapa quod medici ponunt sub nomine vini

¶ Hic docʒ autor ꝯuenientiā in significatione cū hoc noīe hoc vinū ni. Deiñ ponit in gñali diuersa noīa potuū. hoc vinū ni. de vitis vitis dr: qr de vite pcedit. ¶ hoc merꝫ ri. a meris qđ est diuisio dr: et ppꝛie merꝫ est bonū vinū et clarꝫ ꝛ fece diuisū. ¶ hic bacchus chi. ē deus vini et ponitr qñqʒ p ipo vino vt ibi. Cū venere et baccho ꝛc. ¶ hic bronius nij. i. deꝰ vini vel ipm vinū: ꝛ dr a bronim qđ est appetere: qr dat appetitū comedēdi. ¶ hic liber ri. i. bacchus et dr de libero as. qr liberat aīm de curis. ¶ hic hiatꝰ ti. i. bacchꝰ et dr de hio as: qr facit venas hiare. Lineꝰ et lieus. i. bacchꝰ ꝛ dr a lien qđ est splen: qr a splene risus pcedit: et ebrij q̄si sp rident: vel dr a ligo as. qr ligat linguā et īpedit expedite loqui. ¶ hoc temetū ti a teneo es. et ē ppꝛe bonū vinū: qr tene at mētes. vñ tementū q̄si tenens mentē dr. vñ temulentus a. um. qđ cōponitr de tementū: et lentos qđ est plenū: et est temulentꝰ ebrius plenus vino. ¶ Post hec noīa ponit autor noīa quorūdā potuū: et sūt ista idromellū li. i. aq̄ mellita: et cōponitr ab idor qđ est aq̄ ꝛ mel lis. ¶ hoc mulsū si. vel hec mulsa se. quedā potio q̄ ex aqua vel vino ꝛ melle cōficitr: ꝛ dr de mulceo es. Itē mulsū si. idē est qđ medo. ē eñi medo a melle dictū. i. potio mixta cū melle. ¶ hoc nectar ris. penultima gti correpta de necto tis. dr liquor. s. vinū pigmētatū dcm: qr nectat linguas bibētiū ¶ hec ceruisia sie. de ceres ris dr: qr de cerere. i. de frugibus fit. ¶ hec sira p sincopā dr: de hec cicera re. ꝛ est q̄dā potio que fit ex succo frumēti pomorꝫ cerasorꝫ vel pirorū vel hmōi fructuū: et etiā oīs potus ꝯfectꝰ pōt dici sicera: ꝛ est nomē hebreū vel dr de succus. ¶ hoc pigmētū ti. a pila dr. i. taberna: qr in pila tūsū est: et est pigmentū confectio ex vino et melle et diuersis spēbus suauis et odorifera. ¶ hoc mustū sti. a mus qđ est terrra dr. Mustū ti. vinū: qr in se habeat terrā ꝛ vinū mixtū. ¶ hoc falernū ni. a falerno monte cāpanie dr vbi optimū vinū crescit. ¶ hec sapa pe. a sapio pis. dr. i. dulce acetū vel dulce acidū vinum.

Merum
Bacchus
Brouius.
Temetum
Idormellum
Multum
Nectar.
Sira.
Mustum.
Sapa.

Est indumentum / vestis / vestitus / amictus:
Exuuias / spolia / cum pannis addito texta.
Quod legis est textus: depellit et frigora textum
Panniculos inopis velamina iungimus illis.

Vestis.

His vestimentum sociectur: et operimentum.

Quod nisi longatum: versu nequit esse locatū:

¶ Ista noia ꝯueniūt in significatiōe cū hoc noīe hec vestis tis ti
et dr devestio is. ¶ hoc idumētū ti: de iduo is dr. Hic vestit⁹ t⁹ tui
de vestio is. Hic amict⁹ t⁹ tui: de amicio cis: ciui: ire. i. tegē. ¶ hec
exuuie. exuuie arū: de exuo is: ⁊ sūt exuuie ducū et spolia pmoꝝ: ⁊ dr hoc
pannus. spoliū lij: de spolio as: aui: are. ¶ hic pān⁹ ni: a pan qđ est totū vł
oē: qꝛ pān⁹ in oī hoīe appetit. vñ hic pānicul⁹ li: dīmutiuū: et sūt
pāniculi pueroꝝ. ¶ hoc velamē is: a velo as. i. tegere. Hoc vestimē
tū ti: a vestio tis: tiui: tire. ¶ Hoc opimētū ti: de opio is: iui: ire:
Operimentū id ē tegē. Et nota ꝙ opimētū nō pōt stare in vsu qꝛ hꝫ breuē silla
bā int duas lōgas: viꝫ pe. ¶ hoc textū ti: de texto is. i. vestis. Itē
habet hic textus tus: tui: qđ ē grossioꝛ lr̄a in libro: āglice a texte.
¶ Cōstrue illū versū. Qđ legis est textus: illud qđ legis in libro
est textus: sed textum id est vestis est que depellit frigora. i. frig⁹.

Vinea. Vinum significant: vinctum: vinea: vitis

Vinctum proprie locus est vbi vinea crescit.

Pampinus est folium / botrus flos / vinea totum

Vuam multa simul: dic singula grana racemos.

Surculus / aut ramus / est palmes / siue propago

Vinea siluestris sterilis: labrusca vocatur.

¶ Ista noia ꝯueniūt i sigtōe cū vinea. ¶ hoc vinetū ti: a vinea dr
hec vinea e: a vinio is: dr: hec vitis tis: a vitio cis: ciui: cire: dr. i. liga-
re: qꝛ vites ligāt. ¶ Post hec ponit autoꝛ qđā noia ptinentia ad
Pampinus. vites. ¶ hic pāpinus ni. i. foliū vitis: et dr de palmes mitis. ¶ hec
botr⁹ tri: fei gñis illud qđ ē in acino: sed ponit qñqꝫ p acino: qñqꝫ
pro vua qñqꝫ p racemo. Et iuenit aliqñ masculini gñis vt deutro-
no. xxxij. botr⁹ amarissim⁹. ¶ hic acin⁹ ē botr⁹ vel granellū illud
Vua. qđ est in grano vue: ⁊ dr de hoc acetū. ¶ hec vua ue: ab humeo es
qꝛ itus ē hūida vel hūoꝛe plena ⁊ succo ⁊ pinguedīe: et est vua ipm
totū cū racemis acinis. ¶ hic racem⁹ mi: a ram⁹ dr. i. pu⁹ ramūcu
lus cū vua: ⁊ ē ps botri vel gnū. Hic surcul⁹ li: dimīutiuū de surc⁹
qđ ē a sursū. Hic ram⁹ mi. a radix cis: dr. vñ hic ramuscul⁹ li. ¶ Hic
Palmes. palmes tis ē ramus vitis ppt fecūditatē a palma dict⁹. Hic ppa-
Labrusca. go nis: flagellū vitis de ppago as: dr. ¶ hec labrusca ce: est vitis

silvestris. a labrum dicitur. ideo: qz labris id est extremitatib⁹ vel agrorum finibus vel merginibus nascitur

Aluus/ et alueolus/ est venter/ ventriculusq3: Venter

Additur his vterus: pregnantibus appropriatus.

Virginis est aluus: et sic alendo vocata.

Ex vtero dicti germani sunt vterini.

¶ Ista nomia idem signt cū hoc noie hic venter tris. tri. et dicit venter a vent⁹ti. qz ventū cōcipiat. z differt ab aluo et vtero. Alu⁹ est illd receptaculū qd recipit cibū: et in quo fordes sūt. et purgari solet. vnde dr sic qz abluat. i. purget: ex ipso eni sordes stercoꝝ defluunt. Venter vero est qui acceptos cibos tegit et apparet extrinsecus. s. pars exterior in qua est pinguedo. et ptendit a pecto re vsq3 ad inguine. et est venter: qz p totū corpus vite alimēta trāsmittat: vel accipit ventū. ¶ Uterus ppe est mulieris in quo cōcipit. et dicit vterus qz duplex sit ab vtraq3 in duas se diuidit ptes. vel qz interius impleatur fetu. Item a venter hic vētriculus li. diminutiuū. Hic vterus ri. ab vter vtra vtrū. vt supius dicit: z est ppe mulieꝝ. s. locus cōceptōis: et ab vtero vterin⁹ na. um. et sūt vterini qui ex eodem vtero et diuersis patrib⁹ sunt geniti: qz vter⁹ tm̄ mulieris est. ¶ hec aluus ui. femini gn̄is ab aluo is. z est aluus que cibum recipit et purgari solet: et differt a vētre z vtero vt supra dr z de aluus hic alueol⁹ li. diminutiuū. i. puus alu⁹. Iste autor vult q alvus dicat ab alo alis: sed meli⁹ de abluo is. deriuatur. Uterus. Aluus.

¶ Expliciunt synonyma de recenti diligenter castigata magistri Johannis de garlandia. cū expositiōe magistri Galfridi anglici Impressa in alma parisien. vniuersitate Per me Wolfgangum hopyl Impensis mgr̄i Nicolai Comitis in londino supra cimiterium sancti Pauli in intersignio sancti Nicolai cōmorātis. Anno salutis xciiij. post millenum quadringētenū Nouembris vero die tercia et vigesima.



B L

RECOVERED